



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis  
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev  
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

**Marca, Pierre de**

**Parisiis, 1669**

V. Si electores scienter elegissent indignum, electio devolvebatur ad  
Metropolitanum & ad Episcopos provinciæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15617**

Canon xii. Concilij Laodiceni , quem suprà adduximus , vim legis in Gallia obtinuit postquam in Regum nostrorum Capitulis descriptum est. Idem dicendum est de canone Carthaginensi , qui præscribit modum examinanda contradictionis obiectus advesus personam electi. Supremum autem harum rerum judicium illic tribuitur Archiepiscopo , ut eadem Capitula regia loquuntur , & Episcopis comprovincialibus.

Perpicua est in hoc negotio Synodi Tullensis apud Saponarias congregatae sententia : quæ ad Britonum Episcopos scribens , ait consecrationem Episcopi ab iis peragi canonice non posse absque præfensi aut consensu Herardi Turonorum Archiepiscopi : *Ita ut præter ejus præsentiam aut consensum nullus canonice possit ordinari Episcopus.*

Sed inutile foret diutiùs immorari in re-censendis testimoniis quibus hæc opinio fulciatur , cùm extent formulæ quæ tum in usu erant , editæ cum operibus Hincmari , & in calce tomii secundi Conciliorum Galliarum. Formulæ porrò illæ melius docent priscum modum quam nuda & simplex canonum lectio. Usus enim præsens facilius eis genuinum eorum sensum indicabat quam facere possit nostro seculo improba lectio usu defituta.

IV. Sede igitur vacante , clerici civitatis Règem admonebat eam vacare , quod liberatem eligendi ab eo impetraret. Litera præterea scriebabantur ad Metropolitanum , pro eadem causa : qui precibus itidem suis Regem adibat , similius poscebat ut Rex patefaceret quémnam Episcopum delegari cuperet Visitatorem in Ecclesia vacante. Origo hujus instituti , nimur ut Episcopus quidam ad Ecclesiam vacantem dirigatur , qui electionem quantocuyus fieri procuret , perenda est à Concilio Africano , ubi Episcopi illi vocantur *Intercessores* , quos verò sanctus Gregorius *Visitatores* nominat. Datâ eligendi licentiâ , clerici & populus illius Ecclesiæ conveniebant ad celebrandam electionem. Cleri autem vocabulo comprehenduntur , non solum Clerici civitatis , id est , Canonici Ecclesiæ cathedralis , & Rectores parœciarum civitatis , sed etiam Clerici monasteriorum , & Presbyteri rusticarum parœciarum , qui

Hincmar. in form.  
11. Quæ electio  
non tantum à ci-  
vitas Clericis  
erit agenda , ve-  
rum & de omnibus  
monasteriis ipsius  
parœchiis , & de ru-  
sticarum paro-  
chiarum Presbyte-  
rii occurrant Vi-  
scarij , communau-  
tum secum con-  
cordia vota feren-  
tes . Sed & laici  
nobiles ac cives  
ediles debent ,  
Quoniam ab omni-  
nibus debet eligi  
qui debet ab omni-  
bus electus .

Vicarios suos mittebant cum literis quæ consensu suos testarentur , ac illorum qui in eorum parœciis habitabant , cives quoque & nobiles laici civitatis in hoc cœtu præsentes esse debebant. Vnde eruitur interpretatione horum vocabulorum , alioqui obscurorum , quæ leguntur in decretis Cœlestini & Leonis Pontificum Romanorum ; qui ad hoc ut electio legitima censeri possit ,

volunt ut in eam consentiant *vota civium , desideria populorum , honoratorum arbitrium , elecio Clericorum , ordinis consensus* , id est , consensus cleri & populi totius diœceseos , qui heic describitur secundum varias hominum conditiones. Visitator à Metropolitanano delegatus orationem ad eos habebat , & coram legi jubebat canones & decreta Pontificum Romanorum , in quibus forma electionum continetur , & cujusmodi homo debeat esse is qui eligendus est. Post factam electionem præsente Visitatore , decretum ejus scripto tradebatur , & ab omnibus electoribus subscribebatur ; ac deinde , die à Metropolitanano indicta , ad eum deferebatur à certo electorum numero , qui fidem facerent eorum quæ acta erant ; & Metropolitanani præsentiae sistere se debebat electus , pro examine. Interim apud Regem id agebatur ut ipse consensum suum præstaret in gratiam electi. Metropolitanus datis ad comprovinciales Episcopos , ad electum , & vicarios electorum literis , utrosque ad diem quam edicebat & ad certum locum evocabat ad examinandum decretum & virtutes electi. Quod si in variis personas se vota partium divisissent , Metropolitanus eum præferebat qui majoribus studiis iuvatur & meritis , id est , eum quem major pars elegerat , & qui capax in primis videbatur. Dein electum examinabat , ut intelligeret an aliquo impedimento canonico prohibetur ejus electio , utrum ea doctrina præditus esset quæ Episcopo necessaria est , & utrum in professione fidei catholice crederet. Si quod in eo impedimentum reperitur , electio repudiabatur , & electores jubabant novam electionem celebrare ; ut patet ex formula secunda.

V. At si electores scienter & de industria virum elegissent qui secundum Canones aliquo impedimento teneretur , eis pena imponebatur ob contemptum Canonum ; & Metropolitanus eo casu electionem celebrabat cum Episcopis comprovincialibus. Iudicium autem illud circa vitium electi fiebat à Metropolitan & Episcopis , ut patet ex Hincmaro in formula quarta : *Si perso-  
nam à sacris canonibus deviam scienter nobis  
adduxeritis , non solum ex ea Pontificem non ha-  
bebitis , verum etiam pro illicita electione , ut  
contemptores Canonum , judicium incurritis ;  
sed & nostro ac coepiscoporum judicio refuta-  
rationabiliter electione vestra incongrua , talen-  
secundum Laodicenses canones studebimus eli-  
gere qui vestris visiosis voluntatibus non valens  
consentire.*

V I. Cavendum igitur est ab eodem Hincmaro adversus Hincmarum Laudu-